FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Alte Drucke

ILLVSTRISS: PIENTISS: || PRINCIPI AC DOMINO, || DN IOACH: Fridrico || ADMINISTRATORI || PRIMAT: ET ARCHIEP: || MEIDEBVRG: || MARCHIONI BRANDEBVRG: || ...

Crato, Adam

Magdeburgi, 1595

VD16 ZV 30744

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149633

Visual Library

ILLVSTRISS: OPIENTISS:O Qu
PRINCIPI AC DOMINO,
DN IOACH: FRIDRICO
ADMINISTRATORI
PRIMAT: ET ARCHIEP:
MEIDEBVRG:
MARCHIONI BRANDEBVRG:
DVCI
BORVSSIÆ, STETINI, POMERANIÆ,
CASSVBIORVM, SCLAVORVM, IN SILESIA, CROSSAVIAE: &c.
BVRGGRAVIO NORIBERGENSI:
ET PRINCIPI.
RVGIÆ, &c.

Redeunti ab itinere Anſpacenſi Ex finibús.
RHENI & NECCARIS.
ΩΔΗ ΣΥΓΧΑΡΙΣΤΙΚΗ
Publicæ congratulationis ergó
Conſcripta, per
ADAMVM CRATONEM, NORTHVS:
P. S. Eccleſiæ Coalbenſis ad littus ſalæ.

MAGDEBVRGI.
Excudebat Paulus Donatus.
ANNO.
M D. XCV.

ODE

Συγχαριστική.

FAuſto redit lux Sydere
Petita plurimùm, & diu,
Quæ principem pijſsimúm
Reducit, & reddit meum.

* Plangat nepos Iſacidæ
Contracta Iura Saxea,
Vanosq́; Chanaæ metus,
Aſsyriasq́; Copias.

Fabios requirat turbidus
Cremerenſis exciſos ager:
Et Roma luctus Alliæ
Cruenta agat per littora.

Hallenſis & Meidburgica
Fælicioris Ominis
Dies vocetur poſtmodûm,
Quæ principem reddit meum.

Exultet Albis fluctibus
Suosq́; lætus in ſinus
Magni ROSETI paſcuis
Aquas Salanas imbibat.

RHENVS pater cum NECCARO
Iras remittant protinus,

* De cauſis luctus publici apud Iudæos, vide Exod 32.33. Num.14. Ioſe: lib.3 Ant: cap. 13. Iere.39.52. Ioſ. lib.10. Antiq; cap.10.

De clade Cremerenſi ubi Trecenti Fabij cæſi ſunt, & de die Allienſi vide Livium lib. 6. ab V.C. Gellium quoq́; lib. 17. & Macrob: cap. 16. lib. 1. Satur:

Cauſa congratulationis publicæ & gaudij per Archiepiſcopatum Magdeburgenſem.

Deſcriptio confluentis Albis, & Salæ.

Quod

Quod ALBIS & conſors SALA
Repetunt ſuum ſibi principem.

☞ ROSETA pænè emortua
Vitam novamq; & gaudia
Meditantur haud ſine fænore
Vernante ſpe prolis novæ.

Generoſus Dominus, Dn. iustus comes in Barbei & Mylingen etc. matrimonium init cum Generoſa Domina Dn. Sophia, filia Domini Alberti comitis in Schwartzburk, &c.

IVSTVS fovet BARBÆIVS
SOPHIAM domus SCHVVARTZBVRGICÆ
Divûm benigno Numine
Columen domus BARBÆIÆ.

Sed et meum nunc expetit
Lætus videre principem.
Sic incolunt bellè DEVS,
ROSETA, Gratiæ, Venus.

Illuſtrißimus principes & Dominus Dn. Ioan Georgius Marchio, Elector Brandeburgicus, cum filijs & nepotibus illuſtrisſimis.

☞ De patre quid? de Filijs
Quid prædicem chariſſimis?
Quibus putes complexibus
Sibi obviaſse mutuis?

Ceu SARA quondam Abramidem
Flammis, & ereptum rogo
Vt vidit abditiſſimos
Ignes amorum prodidit.

Genes. 22. Ioſeph. lib 1. Antiq; cap 14.

Nunc oſculis, nunc lacrymis,
Nunc voce, nunc ſingultibus,

Nunc

Nunc geſtit alloquio brevi,
Ardeſcit intuitu brevi.

☞ Deſyderate plurimûm
O expetite plurimûm
Salve pater mitiſſime
Princeps Honoratiſſime.

Non flos apes Hijmettius
Non ros agros Hermonius Pſal. 133
Tam recreat, me recreat
Vultus & ora quâm tui.

Adeſto mitis & bonus,
Incede gratus civibus,
Cantant Iô oreades,
Cantant Iô Cranaides.

Ió Iô pueri ſonant,
Matres, puellæ nubiles,
Fortes Viri cum parvulis
Iô Iô pueris ſonant.

Salvus redit princeps meus
Cor ô meum, ſacra Anchora,
Aſylon, & Meidburgicæ
Domus Columna Ottonicæ.

Non Cræſi opes, aurum Tagj
Non eſt quidem tantj mihi

Signa & Effecta ςοργησ parentum in liberos ereptos ex periculis præſentiſsimis.

Apoſtrophe ad Illuſtriſsimum principem ac Dominum, Dn. Ioachim Fridericum Adminiſtratorem primatus & Archiepiſcopatus Magdeburgenſis & Marchionem Brandeburgicum &c.

Oreades dicuntur poëtis *Nymphæ montium*: Cranaides autem Nymphæ ſunt fontium Berck vnd thal freuet ſich *Aluſio eſt ad fontes ſalinarum Hallenſium.*

 Quanti

Quanti eſt quod Illuſtriſſimus
Salvus redit Princeps meus.

Gratiarum actio pro divina protectione & deductione principis illuſtriſſimi.

☞ Sed quas tibi, quas gratias
Perſolvam Ego Termaxime
Quem cuncta ſentiunt, trement
Dominum DEVMq; prædicant.

Tu verus ægris Raphael
Tu territis es Michael,
Ab hoſte cinctis tutor es,
Iniuriatis ultor es,

Qua te fide, qua re colam,
Qua laude nomen eveham,
Quod tam potens, tam providus
Reducj comes ſis principj,

It & redit fæliciter
Faciens iter te prævio
Ductore te vincit probè
Quicquid ſiniſtri occurrerat.
Non ignis hunc Aſsyrius,
Non terror hunc Hiſpanicus,
Non Galliæ, Papæ furor,
Cinglijvè frangit factio,

Invocatio pro incolumitate pricipis illuſtriſſimi, & coniugis totiusq; Domus Brandenburgicæ.

☞ Nunc te rogamus ſupplices
DEVS Ducem pijſsimum
Serva, fove: ſerva, fove,
Et coniugem pijſsimam.

Patremq́; , Gnatas, Filios,
Et conſobrinos Inclytos,
E t patruelem Maximum,
Fratresq́; cum Sororibus.

Illuſtrißimi principis ac Domini Dn. Chriſtiani Electoris Saxoniæ relicti filij principes Iuniores.

Da pacis otio fruj
Pacisq́; firma vinculum,
Iu vnitate Spiritus
Cuj præſidet ſermo tuus,

Illusſtriſſimus princeps ac Dominus, Dn. Georgius Fridericus, Marchio Anſpacenſis &c.

Da Neſtoris per Secula
Sibillynos vivant dies,
Civesq́; ſint Eccleſiæ,
Pacemq́; cernant patriæ.

Donec Soluti legibus
Naturæ, & huius Seculi.
AEterna tandem patrio
Cælo reportent gaudia.

AMEN.